

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Homicidium a  
cum fontibus proximo et primo

Qui sine aliqua publica administratione malificum interfecerit,

uelut homicida iudicabitur, et tanto amplius,  
quanto sibi potestatem a Deo non concessam usurpare non timuit.

Augustinus libro I. de ciuitate Dei.

**Sed contra** est quod Augustinus dicit, in I *de Ciu. Dei*:

Qui sine aliqua publica administratione maleficum interfecerit. ←

uelut homicida iudicabitur, et tanto amplius  
quanto sibi potestatem a Deo non concessam usurpare non timuit.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*, 64.3  
(P. Caramello ed., p.315).

*Item Augustinus in libro de ciuitate Dei.*

Qui percutit malos in eo, quod mali sunt,  
et habet causam interfectionis, minister Dei est.

Qui uero sine aliqua publica amministratione maleficum,  
furem, sacrilegum, adulterum et perjurum,

→  
uel quemlibet criminosum interfecerit,  
aut trucidauerit, uel membris debilitauerit,  
uelut homicida iudicabitur, et tanto acrius,  
quanto non sibi a Deo concessam potestatem abusive usurpare non timuit.

Gratianus, *Decretum*, 2.23.8.33 (*Corpus iuris canonici* 1,  
A. Friedberg ed., col.965). cf. Augustinus, *De ciuitate Dei*, 1.21.